

1118, febrer, 18

*Ponç Guillem permuta amb el seu germà Gaufred Guillem l'alou de Bujons, situat a Campllong, per un altre alou també situat a Campllong, un altre situat a Osona i diverses quantitats de moneda en penyores.*

ASD núm. 19, perg. orig., 100 x 310 mm.

In Christi nomine, ego Poncius Guilielmi diffinio atque euacuo ac simul comuto tibi Gaufredo Guilielmi fratri meo clerico totum illud alodium de Boions cultum et eremum cum mansa et hominibus qui eum inhabitant siue cum arboribus et omnibus que in illa sunt. Est autem prefatum alodium in parroechia Sancti Cyrici de Camplonc, et aduenit mihi per laxacionem patris mei. Affrontat namque de parte orientis in Stagneolo et in uia Mulnera, de meridie in strata que uadit ubique et in alodio Arnalli Ebrini, ab occiduo, in alodio Sancte Marie sedis Gerunde, de parte uero circi in alodio Petri Raimundi et Arnalli Ebrini. Sicut habetur et continetur totum prefatum alodium et his suis quatuor affrontacionibus includitur et circumcingitur, sic difinio et euacuo atque comuto illud tibi predicto Gaufredo fratri meo, totum ab integrum solide et libere sine ullo retentu quem ibi non facio, et de meo iure et potestate in tuam(sic) trado dominium et potestatem ad faciendum inde quodcumque uolueris. Accipio namque a te pro comutacione iamdicti alodii totum illud alodium quod habes in Ausona et ipsum ferragenal quod pater noster tibi dimisit in Camplonc et unam fexam in Rexag et duas in Solgosta, et insuper accipio de tuo mobile, scilicet ipsum pignus de Ciges de .xvn. solidos plate quos mihi reddis et .XLII. sollidos plate et morabatinum .1. quos mihi donas sicut habes eos in alodio fratris tui Guadalli in pignore, et est manifestum. Quam comutacionem si quis irrumpere temptauerit, nichil proficiat, sed in duplum hec omnia in consimili loco componat, hac scriptura firmiter persistente.

Que acta est .xrr. kalendas marcii anno .x. regni Ludouici regis.

Sig+num Poncii Guilielmi, sig+num Bote uxoris eius, sig+num Raimundi filii nostri, qui hanc diffinicionem fecimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Arnalli Adebrandi. Sig+num Petri Onofredi. Sig+num Berengarii baiuli. Sig+num Petri Anfussi.

Arnallus Iohannis presbiter, qui hoc rogatus scripsi et ss prenotato die et anno.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 93-94